

De sancto

super ripam Ligens solitarius manere vel
 let & leonardus per sancti spiritus admoni-
 tionem in aquitania predicare disponderet
 osculantes se ab inuicem discesserunt. **L**e-
 onardus igitur ubique predicans & multa
 miracula exercens in quadam filua ciuita-
 ti lemonicensi vicina habitauit ubi erat au-
 la regia causa venationis constructa. **A**ccidit
 autem in quadam die ut rex ibi venaret.
 & regina illuc causa delectationis egressa p-
 tu percederet. Cum ergo rex & familia p-
 pter regine periculationem lugerent. & leo-
 nardus per nemus transiret & gementium vo-
 ces audiret pietate commotus illuc propera-
 uit. & a rege vocatus prius introiuit. **C**um
 igitur a rege interrogatus quis eslet & sanc-
 ti se remigij discipulum fuisse narauit rex
 spe bonam concipiens a bono magistro be-
 ne instructum existimans ipsum ad reginam
 induxit. rogans ut precibus suis de recu-
 perata coniuge & edita prole gaudium ob-
 tineret. Tunc ille oratione fusa quod petebat
 prius impetrauit. Cum autem rex multa
 in auro & argento sibi offerret. ille prom-
 ptus recusauit admonens ut hec pauperibus da-
 ret. **E**go nullis horum indigeo. sed tamen i
 aliqua siluarum contentus spretis huius
 mundi diuitijs soli xpo famulari desidero.
Cum autem rex totum illud nemus sibi tra-
 dere vellet ille ait. Non totum illud accipi-
 o. sed quantum cum meo asello circuire po-
 tero tibi concedi exopto. Quod rex libe-
 rissime adimpleuit. Constructo itaque libro
 monasterio diu ibi cum adiunctis sibi du-
 obus monachis in abstinentia multa dege-
 bat. Cum autem aquarum ab eis militario
 distaret: puteum ibidem siccum penitus fo-
 di iussit: quem aqua orationibus suis imple-
 uit. Locum autem illum nobiliacum appel-
 lauit eo quod a rege nobili sibi traditus fuisset
 ubi tannis miraculis conuulsaui quod quicum-
 que eius nomen in carcere inuocasset mor-
 tuus vinculis nullo contradicente liber ab-
 iret & suas eidem catenas vel compedes p-
 sentaret. **H**orum plures secum manebant

Leonardo

& ibidem domino seruiebant. **S**eptem quo-
 que famule de eius nobili superendis om-
 nibus ad eum venerunt & distributo singu-
 lis nemore ibi cum ipso manentes exem-
 plo suo plurimos attraxerunt. **D**enique sanctus
 vir leonardus multis claris virtutibus.
 viij. ydus nouembrii ad dominum feliciter
 migravit. **U**bi postquam multa fecisset mira-
 cula clericis illius ecclesie reuelatum est ut quod
 locus ille propter multitudinis frequen-
 tiam actus erat. alibi ecclesiam fabricarent.
 & illuc corpus sancti leonardi honorifice tras
 portarent. at illi cum populo triuano ieiunio
 & orationibus infestis. respicientes vice-
 runt totam provinciam niue coopertam.
Locum autem illum in quo sanctus leonardus
 quiescebat vacuam ad dominum vacuam conser-
 uerunt. **I**bi itaque traslatam quanta miracula
 precipue circa incarceratos dominus per eum facit
 at. immensa ferri parietas ante eius tumba-
 lum dependentis testis existit. **U**ltimo
 mes lemonicensium ad terrorem malorum qua-
 dam grauissimam catenam fecerat quam in
 capite sui turris affigi mandauerat. **Q**ua cate-
 na quicumque collo cingebatur cuiuslibet ac-
 ris intemperie expositus. non una sed qua-
 si mille moribus angebat. **A**ccidit autem
 ut quidam seruus sancti leonardi illa catena
 sine culpa ligaretur. **Q**ui cum iam fere vlti-
 mum spiritum esset. intra se quo posuit voto
 sancti leonardi rogauit ut qui alios libe-
 raret sibi quoque seruo suo subueniret. **S**ta-
 timque sanctus leonardus in veste cadida si-
 bi apparens dixit. **N**oli timere quod non mo-
 rieris. **S**urge hanc catenam tecum ad eccle-
 siam meam deferas. **S**equerere me quod ego p-
 cedam te. **Q**ui conuersus & catenam accipiens
 sancti leonardi precedentem usque ad suam eccle-
 siam penitus secutus est. **S**tatim ut ante for-
 tes fuit beatus leonardus prius dimisit & ecclesiam
 intrans que sancti leonardi sibi fecerat oibus
 enarrauit & catenam illam tam maximam ante tu-
 mulum eius suspendit. **U**ir quidam in lo-
 co sancti leonardi nobiliaco habitans. & ei
 de sancto palde fidelis existens a quodam